



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

III. De necessitate hujus Sacrament.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

V, & multarum Ecclesiarum consuetudo. Nec deest ratio. 1. ob majorem Sacramenti reverentiam per propriam dispositionem. 2. ut professio in baptismo per alios facta, in confirmatione fiat per ipsum suscipientem. 3. ad vitandum periculum iterationis, dum meminit suscipiens suæ confirmationis. Utraque opinio est probabilis. In Parochiali nostro Leod. sic habetur: *Omnibus Fidelibus post baptismum, Sacramentum Confirmationis administrari potest, expedit tamen usum rationis expectari, qui ante septenniū communiter non apparet: nā pueri qui eo carēt, ad pugnam spiritualem nondum sunt idonei.* Sed ad hoc responderetur, quod pueri apti sint ut armentur, & consignentur characteri militari, & gratiæ perfectionem suscipiant, ut suo tēpore possint demicare, & auxilium opportunum reperire.

CAPUT III.

De necessitate hujus Sacramenti.

I. **Q**UAERO. *An sit praeceptum strictum ad suscipiendum hoc Sacramentum.* Resp. communioem Theologo-

logorum sententiam dicere non esse obligationem sub pec. mortali; nec culpam incurrere mortiferam eum qui secluso contemptu, etiam toto vitæ suæ tempore illud non susceperit, eo quod expressum hac de re in scriptura aut Ecclesiæ decretis præceptum non reperiat.

Opinio tamen affirmans esse præceptum ut adulti suscipiant hoc Sacramentum, habet suos Doctores antiquos. *Scot. Bonavent. Antonium, Sylv. Waldensem, P. Soto, Hugonem de S. Victore*, quos inter recentiores sequitur *Philipp. Gammachus, Sorbonicus Doctor; in sumto. 3. q. 69. c. 9.*

Nec caret fundamento omninò probabili. *Primò*, quia in actis *Petrus & Ioannes* à Samaritanis exegerunt huius Sacramenti susceptionem, & *Paulus* ab Ephesiis, ex quibus locis *S. Hieronymus Dial. contra Luciferianos* deducit præceptum, dicens: *An nescis Ecclesiarum esse morem ut baptisatis manus imponatur, & ita invocetur Spiritus S. Exigis ubi scriptum sit? In actibus Apo-*

stolo-

laborum : Et si scriptura auctoritas non
 habebat, totius orbis in hanc partem con-
 sensus instar præcepti obtineret. Nam &
 multa alia que per traditionem in Eccle-
 sia observantur, auctoritatem sibi scri-
 pta legis usurpant. Videtur ergò S. Hie-
 ronymus in traditione præceptum fun-
 dare. Favent & alii Patres, qui dicunt
 per hoc Sacramentum nos fieri plenè
 Christianos, & sine illo nos non esse
 perfectè Christianos. Ita loquitur S.
 Cyrillus Hieros. cathec. 3 Clemens Pont.
 ep. 4. ad Iulium. Conc. Aurelianense can.
 3. Capitul. Omnes fideles de consecr. d. 5.
 ex epist. Urbani. Et S. Cyprianus ep. 70.
 dicit necessarium esse ut baptisati ungan-
 tur chrismate, & Melchiad. Pont. ep. ad
 Episcopos Hispania dicit esse necessaria
 virtutis confirmationis auxilia, ac bap-
 tismum & confirmationem ita esse conjun-
 cta sacramenta, ut ab invicem nisi morte
 præveniente nullatenus possint separari,
 nec unum sine altero ritè perfici. Synodus
 etiam Laodicensis c. 48. dicit Oportet bap-
 tismatos post baptismum chrisma percipe-
 re, & cælestis regni participes fieri. Uti-

tur hæc Synodus verbo præceptivo, sicut & Patres citati, verbo *Necessitatis*, ergo præcepti necessitatem indicant. Quod licet non esset ita in scripturis expressum, in ipsa tamē institutione à Christo videtur inclusum, quia non est valde credibile, tantum Sacramentum Christianam perfectionem consummans sub consilio solum esse relictum.

Deinde, si hoc sub consilio est relictum, quare in aliquibus Diœcesibus præcipitur, ut non admittantur ad matrimonium qui non prius susceperint confirmationem? An possunt cogi ad ea quæ sunt consilii? Se habetur in Synodo Leodiensi tit. 9. c. 4. *Nullus ad matrimonium admittatur ignorans orationem Dominicam, Salutationem Angelicam & Symbolum Apostolorum, nisi de impedimento insuperabili ordinarius cognoverit & dispensaverit. Neque ille qui confirmatus nondum est.* Hæc ibi. Cur etiam præcipit *Consil. Trid.* ut nullus prima tonsura initietur, nisi sit confirmatus

Adde, multos docere non posse o-

mitti

mitti hoc Sacramentum tota vita sine
 gravi peccato, vel ob virtualem & im-
 plicitum quemdam contemptum, vel
 ob scandalum; si enim sæpius oblata sit
 oportunitas suscipiendi, & omnino ne-
 gligant; hanc adeò notabilem negligẽ-
 sam scandalosam este, & contemptum
 quẽdam involvere interpretatur mul-
 ti Doctõris, inter quos *Richard. Bon.*
Marsil. Cabr. Palud. Major. Sylvest. &
 post illos *Card. Tolet. l. 2, c. 24.* quicquid
 dicat in contrarium *Laym. l. 1. trac. 3. c.*
5. cum quibusdam aliis.

2. **QUAERO.** *An saltem aliquibus ca-*
sibus specialiter obligetur quis ad suscipi-
endum hoc Sacramentum sub gravi pec-
cato? Resp. posse obligare quando illius
 oportunitas offertur, & instat oc casio
 publicè confitendi fidem, ut in perse-
 cutionibus hæreticorum & infidelium
 Tunc enim non videtur sine gravi
 culpa posse negligi. Quia omnino pe-
 riculosum est adire discrimen fidei &
 militiæ Christianæ sine hac præpara-
 tione & armatura spirituali. *V. dicta in*
Cand. tr. 3. l. 4. Prop. in fine.